

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9293

**Auteur(s) :** Guillaume, Rennes, Sainte-Melaine (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1174, 25 novembre

**Lieu d'émission :** Rennes

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte de Guillaume abbé de Sainte-Melaine à propos de la controverse qui existait entre les abbayes de Sainte-Melaine et de Savigny à propos de la grange des Vaux et de la grange du Fayel.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 967, n° 76 et n° 77.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° L)

### Texte d'après A

Universis quod de necessario sive de utili hoc nosse contigerit, ego Guillelmus abbas et conventus Sancti Melanii notam fieri volumus controversiam que inter nos et monachis Savigneii super decimis grangie de Vallibus et fundo grangie de Faiel versabatur, fine subscripto sopiri. Ego si quidem Guillelmus abbas et conventus Beati Melanii jus nostrum quod clamabamus in Faiel monachis Savigneii omnino concessimus et ei abrenunciavimus et omnibus decimis terrarum illarum quas monachi Savigneii possidebant tam in parrochia de Sesson quam in parrochia de Torigneio ad grangiam de Vallibus pertinentium amplius etiam si monachi Savigneii in his II parrochiis vel in aliqua earum tres mediatas terre acquisierint earum decimas nec nobis persolvent nec nos ab eis exigamus. Preterea II partes decime tocius bladii de parrochia Ferrati excepta cannabe et lino et terciam partem decime tocius parrochie Sancti Melanii super Viceconians monachis Savigneii nos in perpetuum concessimus. Pro predictorum autem demissione vel donacione concessit nobis abbas et conventus Savigneii quicquid juris habebant in ecclesia Acigneii ex integro cum omnibus beneficiis sine exceptione. Excipiuntur decime terrarum illarum omnium quas monachi Savigneii possidebant ad grangiam suam de Lovigneio pertinentes et I modietate terre si monachi Savigneii in eadem parrochia eam deinceps acquisierint. Si vero supra modiatam terre aliquid acquisierint cuius aliqua pars decime a laico sit possessa et terram coluerint, liceat eis in pace retinere et si nos ipsam decimam prius acquisierimus monachi Savigneii ipsam decimam in pace nobis reddent. Si autem in predictis donationibus decimarum Ferrati et Sancti Melanii aliqua calumpnia contra monachis Savigneii emerserit, nos quantum jus dictaverit costuebimur, etiam eas conta capellanos tertium predictarum ecclesiarum scilicet de Sesson, de Torigneio et de Acigneio super decimis tam acquisitarum terrarum et quatuor modiatarum de quibus mentio facta est, si vero ulterius acquisierins,

licebit et nobis et capellanis nostris pro voluntate reclamare si qua vero nomina vel confirmationes in cartis vel privilegiis nostris reperiuntur que huic compositioni possent obviare, in eo quod ei obviant et non in alio prorsus inefficacia judicentur. Ut autem transactio ista in perpetuum inviolata permaneat presentis scripti attestatione et sigilli nostri munimine ipsam confirmare curavimus. Actum est hoc Redonis in capitulo nostro anno ab Incarnatione Domini MCLXXIV septimo kalendas decembbris feria secunda festo Sancta Catarine. Testes sunt hii Lucas abbas Veteris Ville, Herveus de Montors monachus, Herveus prior, Guillelmus Ferine, Gaufridus de Moisel, Guillelmus Cellarius, Brientius subprior, Evenus Herberti, Oliverus et totum capitulum.